



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1857

III. Heinrich, Bischof von Havelberg, verheißt denjenigen einen Bußerlaß, welche dazu beitragen, dem Mangel an weltlichen Gütern bei den Jungfrauen des Cistercienser-Klosters Marienwerder (Seehausen) ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54745](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54745)

Iohannem et Ottonem, Marchiones de Brandenburg, viros christianissimos ac iusticie zelatores, aduocatos nostre ecclesie duximus de communi consensu nostri capituli eligendos, Aduocatum super omnibus bonis nostris habitis quidem et habendis in ipsos ac suos successores iure proprio transferentes. Quam aduocatum dicti principes ad instantiam nostrarum precum tandem pietate moti pro se suisque successoribus, suscipientes defensionem ac tutelam nobis ac nostris hominibus contra importunitates malignantium per scripta propria promiserunt. Vt autem hec aduocatie facta translatio seu donatio etiam futuris temporibus dignoscatur, eam sigillorum nostrorum munimine fecimus roborari, adhibitis testibus ydoneis, quorum nomina sunt hec, dominus Rudgerus brandenb. episcopus, Otto, prepositus de Leuenwalde, Symon, prepositus de Berlin, Theodoricus, Steindalensis ecclesie scolasticus, Iohannes, brandenb. notarius. Laici vero Petrus, aduocatus de brandenburg, h. aduocatus de kopenik, h. aduocatus de Oderberg, Albernus brandenb. curie marscalkus, et alii quam plures. Acta sunt hec Liuenwalde, anno ab incarnatione domini M^o. CC^o. XLV^o., quinto Idus Januarii.

Aus einem Copialbuche des K. Geh. Staatsarchives.

III. Heinrich, Bischof von Havelberg, verheißt denjenigen einen Bußerlaß, welche dazu beitragen, dem Mangel an weltlichen Gütern bei den Jungfrauen des Cistercienser-Klosters Marienwerder (Seehausen) abzuhelfen, am 9. August 1277.

Henricus, dei gratia havelbergenfis episcopus vniuersis crisi fidelibus, ad quos presens scriptum peruenerit salutem in omnium saluatore. — Desiderantes — ut ancillarum crisi in insula sancte marie ordinis Cisterciensis inopie succurratur, que relictis seculi uoluptatibus magis seruire domino elegerunt, quam amittere paucos dies huius uite inutiliter, Tantum penitencie referuatos; Omnibus, qui tam pio negotio manum extenderint adiutricem, ne propter defectum temporalium a seculo inpotentes retrahantur, De misericordia omnipotentis dei confisi XL dies de iniunctis sibi penitentiis misericorditer relaxamus. Datum Gramzowe, anno domini M^o. CC^o. LXXVII^o., Quinto Idus augusti, Pontificatus nostri anno sexto.

Nach dem Originale des K. Geheimen Staatsarchives.

Anm. Die Urkunde ist nach einer Archiuotiz dem Kloster Spandow zugeeignet, das jedoch niemals als Insula sancte Marie bezeichnet wird, wiewohl es ebenfalls der Jungfrau Maria geweiht war.